



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De eiusdem Assumptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A 1. à Deo excruciatifuerunt) Si hinc locus cōiecturæ sit, pro *κολάσαντος, καλέσαντος* fortasse non incommodè legi posse existimem. Hæc enim particula *καίτοι* hanc lectionem postulare videtur. Exaggrat enim Iudæorum perfidiam Damascenus, qui Deum per tot supplicia eos ab idolorum cultu reuocantem audire neglexerint. Hoc autem loco Nazianzenum imitatur, qui Orat. de Pasch. eodem sermonis genere vtitur, cum generis humani in sceleribus pertinaciam infectatur, quod permultis cruciatuum generibus eruditum, ad meliorem propterea mentem minimè redierat, cum tamen id esset, quod Deus in huiusmodi suppliciis inferendis sibi proponeret. Videntur autem hæc verba *καίτοι παύσασθαι*, vsque ad illa *μικέτι φιλοκρινέσθαι*, per parenthesis legenda. 2. orationis iactum) Pro *βελω* hoc loco *βολω* lego, vt sagittam significet. Ita enim legendum esse aperte indicat verbum *επαφίνμι*. 3. si ipsorum fratres) Legendum hinc in Græco est *επιγαίνον*, vt sensus aperte ostendit. 4. quod à viro quodam) Africanum innuere videtur, cuius de hac re verba in medium profert Eusebius lib. 1. Eccles. hist. cap. 7. Hanc porro ipsius rationem, quibus argumentis conuellere nitatur Osiander, vide apud Melchiorrem Canum lib. 11. De locis Theolog. cap. 5. vbi etiã ipsis eruditissimè respondet. 5. tria hæc clamoris mysteria) Eo loco doctissimus Interpres Vairlenius annot. 29. clamorem illum ab Ignatio significari existimat, quem Christus iam spiritum in cruce emittens edidit. Cui tamen opinioni vix assentiri possum. Neque enim ad Christi clamorem D. Mariæ virginitas & partus vllo pacto referri posse videntur, quæ tamen inter *χράνις μυστήρια* recenset Ignatius. Itaque simpliciter idem esse puto clamoris mysteria, ac si dixisset, alta voce prædicanda. Hoc enim velut per admirationem dicit vir sanctissimus, nempe tria mysteria, altissima prædicatione digna, ita peracta fuisse, vt diabolus prorsus laterent. Expungenda autem hoc loco est vox *τες* ante *επαφίνμι*. Hanc enim nec Græci Ignatij codices, nec vetus etiam Interpres agnoscunt. 6. Oportebat enim palatium) Eandem causam affert Gregorius Theologus, cur hæc omnia inferiora ante hominem condita fuerint.



SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS
Damasceni, de dormitione sanctissimæ Dei genitricis,

ORATIO PRIMA.

D Græcis hæc duas Orationes ab illustrissimo atque omni doctrina genere instructissimo & ornatisimo Cardinali Sirleto accepti. Eas porro iam pridem quidem verterat Raphael Volaterranus: sed, ne quid grauius dicam, suo more. Iam enim quid de ipsius interpretationibus sentiret, abundè testatus est Erasmus.



MEMORIA iustorum cum laudibus, vt inquit sapientiæ laude præstantissimus Salomon. Pretiosa enim in conspectu Domini mors sanctorum eius, quemadmodum à Dei parente Dauide antè dictum est. Si igitur eorum omnium, qui iustitiam coluerunt, memoria laudibus celebranda est, ecquis tãdem iustitiæ fonti, ac sanctitatis thesauro, laudem non adhibeat? non vt ei gloriam afferat, verum vt ipse sempiternam gloriam consequatur. Neque enim alioqui nostra laude & prædicatione opus habet illud gloriæ Domini tabernaculum, illa Dei ciuitas, de qua gloriosa dicta sunt: velut ad eam his verbis vtitur Dauid, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Eqquam enim aliam Dei, oculorum obtutum ac circumscriptionem omnem fugientis, atque omnia pugillo suo complectentis, ciuitatem intelligemus, quàm eam, quæ verè, ac modo naturam & essentiam superante, illud omni essentia præstantius Dei Verbum ac Deum citra vllam circumscriptionem suscepit, de qua gloriosa ab ipso Domino dicta sunt? Quid enim ad laudem gloriamque illustrius, quàm antiquum illud ac verum Dei consilium excepisse? Hanc non hominum lingua, non mundo sublimior angelorum mens, sat dignis laudibus efferre potest: per quam Domini gloriam perspicuè intueri nobis datum est. Quid ergo? An quia eã pro dignitate laudare minimè possumus, idcirco metu repressi,

Pro. 16.
Psal. 115.

Maria iustitiæ fons.

Psal. 36.

Esa. 40.

Esa. 25.

cōticescemus? Minimè sanè. An rursus transultoriè, vt dici solet, incedemus, no-
 stròsq; limites ignorabimus, excussòq; timoris freno ea impudenter attingemus,
 que attingi nefas est? Ne id quidè certè. Quin potius téperata metu cupiditate, cō-
 texta que vna ex vtroq; corolla, cum sacra reuerètia, tremèté manu, ac cupido ani-
 mo, viles ingenij nostri primitias regiæ matri de vniuersa natura bene merite,
 grato cãdidòq; animo tãquam debitù quoddã persoluemus. Quãdoquidè etiã
 memoria proditù est rusticos quosdã, cum trãscuntè quãdoq; regè purpura præ-
 clare ornatù, ac diadematis splèdore illustrè, atque infinita satellitù manu vndique
 cinctù còspexissent, nec quicquã suppeteret, quod principi dono darent, nulla in-
 terposita mora vnù ex ipsis aquã manibus hausisse (in propinquo enim vberimè
 fluebat) laticèsq; imperatori dono obtulisse. Cũque rex ab eo poposcisset, quid-
 nã hoc esset, fidèter ad hunc modù respòdisse: Quod mihi præstò erat, hoc detu-
 li, nihil melius facturù ratus, quàm vt operã darè, ne mea animi promptitudo vnã
 cum egestate oecultaretur. Nam tu quidè, quod præter beneuolentiã à nobis de-
 sideres, nihil est. At nos, cum id agimus, simul & debito quodã munere perfun-
 gimur, & laudè consequimur. Siquidè ferè fit, vt eos, qui probos & gratos se præ-
 bêt, gloria comitetur. Ac postea regem admiratione còmotum, huiusmodi sapi-
 tiam laudibus extulisse, alacritatèmq; animi cum beneuolètia coniunctã grato a-
 nimo accepisse, ac denique quãplurimã beneficia ei liberalissimè repèdisse. Si igitur
 superbus ille atque insolès tyrãnus beneuolentiã munificentia potiorè habuit,
 an nõ hæc verè bona domina, ac solius boni Dei mater, cuius indulgentia infinita
 est, quique duo minuta amplissimis etiã muneribus pretulit, multò magis officiù
 nostrum còprobabit, voluntatè nimirum, non facultatè nostrã expendens? Certè
 còprobabit, debitumque munus obeuntes excipiet, bonaque, omni còparatione
 maiora, nobis repèdet. Quoniã igitur, vt debito munere quoquo modo defungamur,
 orationè omninò habere necesse est, age ad eam sermonè còuertamus, atque
 his quodãmodò verbis vtamur. Quo tandem, ò heræ, te nomine appellabimus?
 Quibus te verbis alloquemur? Quibus laudibus sacrosanctù istud tuum ac præ-
 clarù caput ornabimus, te in quã bonorum & opum donatricè, te generis humani
 ornamentù, atque omnis creaturæ decus, ob quã verè beata effecta est? Què enim
 priùs minimè capiebat, eundè postea per te, cepit. Què defixis oculis intueri non
 poterat, reuelata facie per te intuetur. Aperi, ò Dei Verbù, tardù istud os nostrù.
 Da in apertione labiorù nostrorum suauissimã & lepidissimã orationem. Spiritus
 grauiã nobis affla, per quam piscatores facundia pollèt, & litterarù expertes sapi-
 tiam hominis còditione præstantiorè loquuntur: vt nos etiã, qui linguæ hæsitantia
 laboramus, charissime tuæ matris amplitudinem exiguè saltem & obscurè præ-
 dicare possimus. Hæc enim, ab antiquis generationibus electa, præfinito consilio
 ac benigna voluntate Dei & Patris, qui te sine tépore & fluxu ac perpeffione genuit,
 te inquam propitiationem & salutem & iustitiã & redemptionè, te inquam
 ex vita vitam, ex lumine lumen, ex Deo vero Deum verum, extremis temporibus
 ex se incarnatum peperit. Cuius partus nouus & inusitatus fuit, generatio natura
 & cogitatione præstantior, ac mundo salutaris, obitus præclarus & sanctus, at-
 que omni còmendatione dignus. Hanc & Pater prædestinauit, & Prophætæ per
 Spiritum sanctum prædixerunt. Spiritus autem vis sanctificãs, superuenit, ac pur-
 gavit & sanctificauit, velutque prærigauit. Ac tum tu, Patris terminus ac ratio,
 citra vllam circumscriptionem commoratus es, vt extremam naturã nostrã vilitatem
 ad infinitam incomprehensã tuã diuinitatis magnitudinem reuocares. Cuius
 primitias ex purissimis & illibatis ac prorsus immaculatis sanctæ virginis san-
 guinibus suscipiens, carnem animatam anima rationali & intellectuati tibi ipsi
 condidisti, ei que, in teipso vt subsisteret, tribuisti: atque ita effectus es, vt tamen
 perfectus Deus, eiusdemque cum Patre tuo substantiæ esse minimè desieris, verum
 pro summa bonitate tua imbecillitatem nostram assumpseris: ex eaque
 Christus vnus prodieris, vnus Dei & hominis filius, idemque simul, & Deus
 perfe-

Mar. 12.

2. Cor. 3.

Luc. 3.

- A** perfectus, & homo perfectus, totus Deus, & totus homo, vna nimirum persona ex duabus perfectis naturis, hoc est ex deitate & humanitate, non Deus duntaxat, nec homo duntaxat, verum vnus Dei filius ac Deus carne indutus, & Deus vlem ac simul homo, non confusione subiens, nec diuisione perpeffus, duarum disparis substantie naturarum in vna persona sine vlla confusione ac diuisione coniunctarum naturales proprietates in teipso ferens, hoc est creatum & increatum, mortale & immortale, conspicuum & ab oculorum sensu remotum, circumscriptum & circumscriptionis expers, diuinam item voluntatem & humanam voluntatem, diuinam actionem atque humanam item actionem, duas quoque arbitrij libertates, diuinam videlicet & humanam, diuina item miracula & humanas affectiones, naturales tamen & minimaeque reprehendendas. Quippe totum illum primum Adamum, vt erat antequam a mandato recessisset, illum inquam a peccato purum ac liberum, ob viscera misericordiae tuae, Domine, suscepisti, corpus videlicet, animam, mentem, ac naturales harum rerum proprietates: vt mihi totam salutem afferres. (Nam profecto quod minimè assumptum est, huic ne medicina quidem allata est.) Atque ita mediator Dei & hominum factus, inimicitiam sustulisti, eosque qui a Patre tuo defecerant, ad eum adduxisti: quod a via deflexerat, in viam reuocasti: quod corruptioni obnoxium erat, ad statum corruptionis expertem traduxisti: res a te conditas, multos Deos colentes, errore liberaisti: Dei filios homines effecisti: contemplos & infames, gloriae tuae participes reddidisti: eum, cui ea poena constituta fuerat, vt infera terrae partes habitaret, supra omnem principatum ac potestatem extulisti: eum denique, qui ita multatus fuerat, vt ipsi in terram reuerti atque infernum incolere necesse esset, in solio regio in teipso collocasti. Quisnam igitur immensorum horum bonorum, atque omnem mentis captum & cognitionem superantium, officina extitit? An non perpetua illa virgo, quae te in lucem edidit? Videte, Deo chari patres & fratres, huiusce diei gratiam. Videte quam sublimis ac veneranda sit ea, cuius nunc laudes predicantur. An non tremenda sunt huius mysteria? An non admirationis plena? Beati qui ea, vt par est, cernunt. Beati qui spiritualement sensum consecuti sunt. Quales lucis fulgetra praesentem noctem illustrant! Qualia angelorum satellitia matris illius, ex qua vita orta est, somnum cohonestant! Quales Apostolorum praedicationes corporis illius, quod
- D** Deum suscepit, funus exornant! Quo pacto Dei sermo, qui ipsius filius pro sua miseratione fieri dignatus est, herilibus manibus, sanctissimae huic ac diuinissimae, vt potest matri, ministrans, sacrosanctam animam suscipit! O bonum legislatorum! Cum legi minimè subiectus sit, legem tamen eam explet, quam ipse sanxit. siquidem ipse legem tulit, vt filij, quod parentibus debet, munus persoluat. Honora, inquit, patrem tuum, & matrem tuam. Quod autem hoc verum sit, cuius perspicuum est, qui modò vel tantillum in diuinis Scripturae sanctae oraculis eruditus sit. Nam si, vt litteris sacris proditum est, iustorum animae in manu Dei sunt, an non ipsa multò magis in filij ac Dei sui manus animam commendauit? Verus hic sermo est, ac sublimior omnino, quam vt ei aduersari quis possit. Verum, si placet, quae ipsa, & vnde, & quo pacto huic mundo concessa sit (quod munus omnium Dei donorum praestantissimum simul & charissimum est) quaeque in hoc aeuo ipsi vitae ratio fuerit, pro virili nostra consideremus. Etenim si Gentes, eos, qui a vita discesserant, funebribus orationibus ornantes, id omne quod ad alliciendos auditorum animos accommodatum esse cernebant, omni studio ac diligentia conferebant, tum vt eius, quem laudandum susceperant, omnibus numeris absolutum encomium esset, tum vt reliquos ad virtutem excitaret atque cohortarentur (sic tamè vt ex infinitis fabulis sermonem magna ex parte cotexerent, quod videlicet nihil domi haberet, quod ad ipsius commendationem proferret) quid tandem afferri queat, quin nos, si ea, quae verissima ac veneratione digna sunt, quaeque benedictionem omnem ac salutem omnibus attulerunt, alto, vt dici solet, silentio, cotexerimus, non ingentem nostri risum excitemus, in eademque, in qua is qui talentum humi abdidit, poenam incidamus? Quocirca initium dicendi faciamus, atque orationis breuitati studeamus: ne aliqui auribus inimica sit, non secus

Luce. i.

Mat. 5.
Exod. 20.

Sap. 2.

Orationis
prolixitas
auribus ini-
mica.

ac corporibus cibus modum excedens. Ioachim & Anna ei parentes fuerunt. ¶ Ac Ioachim quidē, vt pecudū pastor, cogitationes suas nō minūs quā oues pascebat, ac pro arbitrio & libitū ducebat. Etenim cū sub Domino pecudis in star pasceretur, nullis præstantissimis rebus carebat. Præstantissima porrō ea me dicere ne quis arbitretur, quæ plerisq; grata sunt, & quibus audiorum hominū animus semper inhiat, quæq; nec fixa ac durabilia suapte natura sunt, nec meliorē dominū efficiūt (Nostis enim præsentis vitæ voluptates, quæ vim firmā ac stabilē habere nequeūt, sed statim effluunt, ac eadē propemodū hora dilabuntur) tametsi alioqui eorū copia abundaret. Absit hoc. Non nostrū est hæc mirari: nec pars hæc timentū Dominū. Verū ea demū bona sunt, quæ verē ab hominibus mēte præditis expetuntur & adamātur, atq; in æternum manēt, quæq; & Deum oblectāt, & maturū dominis suis fructū producunt: hoc est virtutes, quæ fructum in tēpore suo, id est in futuro æuo vitæ æternā iis daturæ sunt, qui, vt dignū est, elaborarint, atque ante fructum labores pro viribus suis cōtulerint. Virtutum siquidē labor antecedit: ac beatitudo æterna cōsequitur. Hic Ioachim cogitationes suas pascebat, in loco pascuæ, hoc est in sacris oraculis, degēs, atque in refectionis aqua, hoc est in diuina gratiā sese oblectās: sic nimirū, vt eas à turpibus & obscenis rebus auocaret, atque ad iustitiæ semitas ipsa dux esset. Al verō Anna, quæ, si interpreteris, gratiā sonat, nō minūs morū, quā matrimonij iugo cum eo copulata erat. Verū quāuis omni virtutē genere floreret, tamē arcana quadā ratione sterilitatis morbo tenebatur. Etenim sterilis verē gratia erat, vt quæ in hominū animis fructū edere minimē posset: quādoquidē omnes declinauerāt, simul inutiles facti erāt: non erat intelligēs, aut requirēs Deū. Postea bonus Deus, manus suæ signētum cōspicatus, ac miseratus, illūque saluti asserere volēs, gratiā, hoc est piæ Anæ sterilitatē depellit: filiāque parit, qualis nec antē fuit, nec post futura est. Sterilitatis porrō depulsio apertissimē hoc indicabat, fore, vt bonorum sterilitas, quæ mundus laborabat, submoueretur, arcanaque beatitudinis seges produceretur. Hinc Dei genitrix ex pollicitatione prodit. Angelus quippē conceptionē partibus nūciat. Cōueniebat enim vt hic quoque nulli ea cederet ac posteriores partes ferret, quæ solū ac verē perfectū Deū iuxta carnē paritura erat. Tum sacrosancto Dei tēplo offertur, & cōsecratur: atque hic ita degit, vt præstatoris & purioris, quā ceteri, vitæ specimen ederet, seque à virorum & improbarum mulierū cōsuetudine remoueret. Sed cū ad ætatis florē iam perueniret, atque intra tēpli septa manere lege prohiberetur, sponso, hoc est virginitatis custodi, Iosepho à sacerdotū choro traditur: qui quidē integrā atque inuiolatā legem ad profectū vsque, si cum aliis cōferatur, seruauerat. Apud hūc itaque sacra hæc & profusa immaculata puella cōmorabatur, domi se cōtinens, eorumque, quæ ante fores gerebantur, nihil omninō cognitū habēs. Cū autē, vt diuini Apostoli verbis vtat, venit plenitudo tēporis, ad hæc verē Dei filiā angelus Gabriel à Deo missus est, eaque his verbis est allocutus. *Aue gratia plena, Dominus tecum.* Præclara sanē angeli, ad eā quæ angelis præstabat, oratio. Gaudium enim vniuerso orbi affert. Ipsa autē hac oratione cōmota est: vt quæ cum viris colloqui minimē cōsueuisset. Siquidē virginitatē sedulō seruare instituerat. *Cogitabat autem secum qualis esset ista saluatio.* Atq; ad eam *Archangelus: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum.* Sanē gratiā ea inuenit, quæ gratiā merebatur. Inuenit gratiam, quæ gratiā labores excoluerat, ac copiosam gratiæ segetem collegerat. Gratiā abyssum inuenit, quæ duplicis virginitatis nauem incolumē seruauerat, animāque, non minūs quā corpus, virginem custodierat: vnde etiam corpori virginitas cōstabat. *Et paries filium, ac vocabis nomen eius Iesum.* Iesus autē saluatorē sonat. *Ipsē enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Quidnam autē ad ista ille verē sapientiæ thesaurus? Euam quidem primam parentem haudquaquam imitatur: verū incautam potius ipsius simplicitatem emendat, naturāque patrocinio sese munit, sic videlicet angeli verbis respondēs. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Ea loqueris,

Quenam
præstantis-
sima bona
existiman-
da sunt.

Psal. 1.

Psal. 22.

Psal. 117.

Gal. 4.

Luc. 1.

Cum virgo
Maria an-
geli oratio-
ne commota
fuerit.

Aris, inquit, quæ fieri nõ possunt. Tua enim oratio eas naturæ leges, quas summus Opifex sanxit, infringit. Secunda Eua dici nõ sustineo, nec paræti & architecti mei voluntatè reicere. Quod si pugnantiã non dicis, conceptionis modum expone, vt dubitationem meam discutias. Ad quam veritatis angelus his verbis vñsus est: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nãscetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* Mysterium hoc, quod peragitur, naturæ legi minimè subest. Naturæ quippè artifex ac Dominus arbitrato suo naturæ leges immutat. Hæc autem, cum nomen illud perpetuò exoptatum, piequæ ac sanctè cultu, audiisset, inobedienciæ pœnas extimescebat. Ob idque verba edidit, quæ simul & à metu, & à gaudio proficisceretur. *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* O altitudo diuitiarum sapienciæ & scientiæ Dei (etenim ipse quoque Apostoli verba tempestiuè vsurpabo) quàm incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! O singularem Dei bonitatem! O charitatem eiusmodi, quæ nulla ratione indagari possit! Is qui vocat ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt, is qui cœlum & terrã implet, cuius cœlum thronus, & terra pedu scabellum est, ex ancillæ suæ ventre latissimum sibi domicilium fecit, atque in ea mysteriũ, recentiu omnium recentissimũ, conficit. Nam qui Deus erat, homo efficitur, atque modo naturã superatè partu, tempore procreatur, ac vuluã ita aperit, vt interim virginitalis claustra minimè labefactet: vñsq; terrenis ille gloriæ splendor, ille character paternæ substantiæ, qui omnia verbo oris sui fert, infantis instar gestatur. O verè diuina miracula! O mysteria natura atque cogitatione præstantiora! O virgineas prerogatiuas humana conditione sublimiores! Quodnã ingens hoc, o sacra mater ac virgo, mysterium te circumstat? Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Beata es inter omnes generationes, solaque digna, quæ beata prædiceris. Ecce enim beatam te dicent omnes generationes, quemadmodum ipsa dixisti. Te filia Hierusalem, hoc est Ecclesiæ, viderunt: ac reginæ, id est iustorum animæ, beatam te dixerunt, atque in secula collaudabunt. Tu enim es solum illud regium, cui asiterunt angeli, Dominum & effectorem insidentem cernentes. Tu spiritualis Edem extitisti, antiqua illa sanctior ac diuiniõ. Siquidem in illa terrenus Adamus commorabatur: at in te Dominus cœlestis. Te arca illa, quæ secundi mundi semina conseruabat, adumbravit. Tu enim Christu, mundi salutem, quique peccatum obruit, atque ipsius fluentia compressit, peperisti. Te rubus deliniauit, tabulæ diuinitus perscriptæ significarunt, legis arca præ-nunciauit, vrna & candelabrum, & mensa, ac virga Aaronis, quæ floruit, aperte præfigurarunt. Ex te enim illa diuinitatis flamma, ille patris terminus ac ratio, suauissimum illud & cœleste manna, nomen illud nominis expers, atque omne nomen superans, lumen illud sempiternum & inaccessum, ille panis vitæ ac cœlestis, ille nullis agricolæ manibus excultus fructus, corporeo modo pullulauit. Quid? An non te fornax illa designauit, quæ ignem, simul & refrigerantem & inflammantem, ostendebat, diuini que illius ignis in te habitantis typum gerebat? Nam tabernaculum quidem Abrahamæ te apertissimè indicabat. Etenim Verbo Domino, in ventre tuo tanquam tabernaculo habitanti, humana natura subcinericiũ panem, hoc est sui primitias, ex puris tuis sanguinibus obtulit à diuino igne quodammodo coctas, panemque effectas, atque in diuina ipsius persona existentes, & ad veram corporis, animati anima rationali atque intellectuali, substantiam venientes. Parum abfuit quin me Iacobi scala præteriret. Quid enim? An non cuius perspicuum est eam te præsignasse ac figurasse? Vt enim ille per extremas scalæ partes cœlum cum terra copulatum, & angelos per eam descendentes, vñmque, qui verè fortis & insuperabili robore præditus est, typicè secum decertantem vidit: eodem modo tu quoque mediatrici munere perfuncta, descensusque Dei scala effecta (per quam ipse infirmam nostram massam assumpsit, sibi que ipsi coniunxit ac copulauit, fecitque vt homo Deum nunc cernat) ea que inter se dirempta erant, in vnum coëgisti.

Natura legibus Dei mysteria minime subest sunt.

Rom. 11.

Rom. 4.
Hier. 23.
Esa. 66.

Heb. 1.

Luc. 1.

Psalm. 6.

Gen. 2.
Gen. 7.

Exod. 3.
Exod. 32.
3. Reg. 8.

1. Tim. 6.

Ioan. 6.

Dan. 3.

Quenam res i Scrip-
tura beatæ

Mariam præsignet.
Gen. 18.

Gen. 28.

Hinc angeli quidem ad eum descenderunt, ut videlicet Domino ac Deo inferui-
 rent: homines autē, angelica vitæ ratione vñ, in cœlum sublimes rapiuntur? Vbi-
 nam porro Prophetarum præconia collocabimus? An non ea ad te referemus, si-
 quidem vera ipsa demonstrare nobis cordi sit? Quodnam enim illud est Dau-
 didum vellus, in quo regis omnium ac Dei filius, qui eiusdem cum patre suo æter-
 nitatis est, vnāque cū eo regnat, pluuiā instar descendit? ¹⁰ An non tu perspicue?
 Quenam item virgo ea, quam Esaias prophético spiritu filium concepturam ac
 parituram prædixit, hoc est eum qui verè nobiscum Deus est, id est qui post as-
 sumptam humanitatem Deus quoque esse non desuit? Iam quid de illo Danielis
 monte dicam, ex quo angularis lapis Christus ita abscissus est, ut viri cultrum mi-
 nimè subierit? An non ea, quæ peperit, ac rursus virgo permansit? Veniat iam E-
 zechiel, ac portam clausam ostendat, peragrata à Deo, nec tamen apertam,
 quemadmodum prædixit. Ostendat, quemadmodum sermones suos euentus cõ-
 probarit. Te proculdubio demonstrabit: quam Deus, qui omnia exuperat, per-
 transiens, carnemque assumens, virginittatis portam haudquaquam aperuit. Ma-
 net quippè in sempiternum obsignata. Quocirca te Prophetæ prædicant, tibi an-
 geli ministrant, inseruiunt Apostoli, virgo nimirum ac theologus perpetuæ vir-
 gini & Dei genitrici. Etenim te hodierno die ad filiam tuam abscedentem an-
 geli complexi sunt, animæ iustorum, Patriarcharum, Prophetarum, stiparunt, A-
 postoli, diuinorumque patrum infinita multitudo, ab ipsis orbis finibus diuino
 filij tui iussu velut in nube ad hanc diuinam & sanctam Hierusalem coiens, tibi
 que corporis Domini, quod vitæ initium attulit, fonti, sacrosanctos hymnos di-
 uinissimè canēs. ¹¹ O quonam pacto fons vitæ ad vitam interiecta morte migrat!
 O quemadmodum ea, quæ in partu naturæ leges excesserat, nunc ipsius legibus
 exuta mortalitate, in corruptionem induere: præsertim cum ne ipse quidem naturæ
 Dominus mortis periculum facere recusarit. Etenim carne moritur, ac mortem
 per mortem de medio tollit, atque corruptioni à corruptione vacuitatem affert,
 mortemque resurrectionis fontem efficit. O quonam modo sanctam illam ani-
 mam, ab eo tabernaculo, quod Deum susceperat, seiunctam, suis manibus ille
 omnium rerum parens & effector excipit: legitime nimirum eam honorans, quam
 naturam alioqui ancillam, pro inuestigabili benignitatis suæ abyssò dispensatorie
 matrem effecit, verè scilicet incarnatus, ac non velut præfugiis quibusdam hu-
 manitatem effingens. Intuebantur enim, ut verisimile est, adstantes angelorum
 classēs, tuum è vita discessum expectantes. O præclarissimum excessum, qui hoc
 tibi affert, ut cum Deo præsens sis. Nam cum omnibus quoque aliis numine di-
 uino afflatis Dei famulis istud diuino inunere concessum sit (nam quin concessum
 sit, minimè dubitamus) at infinitum tamen Dei seruorum ac matris discrimen
 est. E quo igitur mysterium illud, quod tibi contingit, nomine appellabi-
 mus? Mortemne? At etiam si vndique sacra ac beata tua anima naturæ more à bea-
 tissimo atque immaculato tuo corpore disiungatur, ac corpus legitimæ sepultura
 mandetur, non tamen in morte manet, nec à corruptione dissoluitur. Nam cuius
 in partu incolumis virginitas mansit, eadem è vita migrante corpus ita conser-
 uatum est, ut non dissolutum, sed ad præstantiorem & diuiniorem vitam,
 quæque non iam morte interrumpatur, verum in infinita seculorum secula per-
 duret, translatum sit. Quemadmodum enim splendidissimus hic, perpetuaque
 luce præditus sol, tametsi, ¹² cum à lunari corpore aliquantisper obducitur, quo-
 dammodo deficere, caligineque obrui, ac fulgorem cum tenebris commutare
 videatur: non tamen à luce sua excedit, verum perennis in se vitæ fontem sca-
 turientem habet, imò, ut rectius loquar, ipse indeficiens luminis fons est, quem-
 admodum scilicet Deus, à quo procreatus est, constituit: ad eundem modum tu
 quoque, fons perennis veri luminis, atque inexhaustus ipsiusmet vitæ thesaurus, &
 vberima benedictionis scaturigo, quæ nobis bonorum omnium causa & parēs
 exitisti,

A extitisti, etiam si ad breue aliquod temporis spatium corporeo modo morte obtegeris, tamen immensi luminis & immortalis vitæ ac veræ beatitudinis puros & inexhaustos latices, gratiæ flumina, sanationum fontes, ac perennem benedictionem nobis fundis. Tu quippè instar pomi es inter ligna sylvarum: & fructus tuus in piorum faucibus dulcissimus. Ac proinde sacram tuam migrationem mortem haudquaquam appellabimus, sed somnum, aut peregrinationem, vel, vt aptiõre verbo utar, cum Deo præsentiam. Siquidem à corpore peregrè excedens, in præstantioribus bonis inces. Te angeli cum archangelis transfuxerunt. Tuum ascensum impuri atque in aëre versantes spiritus perhorruerunt. Tuo trãfitu aër benedicitur: superior æther sanctitate afficitur. Coelum animam tuam lætum excipit. Tibi cum sanctis hymnis ac læta solennitate " cœlestes virtutes obuiam prodeunt, modonon his verbis vtentes: Quæ est ista quæ ascendit dealbata, exoriens vt diluculum, pulchra vt Luna, electa vt Sol? Quàm pulchra facta es, quàm suavis. Tu flos campi: vt lilium in medio spinarum. Propterea adolescentulæ dilexerunt te. In odorem vnguenti tui curremus. Introduxit te rex in cellarium suum: vbi te stipant Potestates, Principatus benedicunt, Throni celebrant, Cherubim gaudentes admirantur, Seraphim gloria afficiunt, vt quæ Domini tui naturâ, ac vera dispensatione, mater extiteris. Non enim, vt Elias in cœlum ascendisti, non vt Paulus ad tertium vsque cœlum subuecta es: verum vsque ad regium filij tui thronum peruenisti, perspicuè eum ac lætè conspiciens, & cum magna atque inenarrabili quadam libertate adstans, angelis atque omnibus mundo sublimioribus virtutibus arcana quædam, atque omni dicendi facultate superior lætitia, Patriarchis sèpiterna oblectatio, perennis Prophetis exultatio, mundo benedictio, rebus omnibus sanctificatio, laborantibus requies, mœstis consolatio, ægrotantibus medicina, tempestate iactatis portus, peccantibus venia, iis, qui in mœrore versantur, blandum solatium, omnibus poscentibus promptum subsidium. O miraculum sanè naturâ præstantius! O res summæ admirationis plena! Mors, quæ odio & execrationi priùs erat, nunc commendatur, ac beata cœsetur. Quæ olim luctum & mœrorem, lacrimasque & tristitiam afferbat, nunc gaudiu ac lætæ celebritatis causâ extitit. Verumenimverò, quamuis omnibus Dei seruis, eorum mors beata ducitur, ab ipso vitæ fine istud comparatur, vt Deo grata eorum vita iam in tuto sit, eo quæ nomine mors ipsorum fausta ac foelix habeatur (Mors enim eos perfecit, beatosque ostendit: id videlicet ipsis afferens, vt in eorum virtutem nulla iam mutatio cadat, iuxta illud Scripturæ oraculum, Ante mortem neminem beatum dicas) minimè tamen hoc in te vsurpabimus. Neque enim mors tibi beatitudinem attulit, nec migratio perfectionem conciliauit: nec rursus hoc tibi affert è vita discessus, vt iam periculi nihil extimescas. Omniū etenim bonorū initium & medium & finis, securitas item ac vera confirmatio, in illa feminis experte cœceptione, in illa diuina in habitatione, in illo denique à labe omni remoto partu posita fuit: Ac proinde verè abs te, non à morte, sed ab ipsa cœceptione dictū est, fore, vt te generationes omnes beatam dicerent. Quocirca, non te mors beatam reddidit, sed ipsa mortem exornasti: vt quæ eius mœstitiam sustuleris, ac mortem gaudiū esse planum feceris. Ob id quæ sacrum tuum & immaculatum corpus piæ sepulturæ tradebatur, angelis partim præcurrentibus, partim circulantibus, partim sequentibus, nullum denique officij genus prætermittentibus, quod ei, quæ ipsorum Dominū in lucem extulerat, adhiberi par esset: Apostolis item, atque omnibus Ecclesiæ classibus diuinos hymnos, atque ad Spiritus lyrâ pulsatos alta voce canentibus, Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Ac rursus, Sanctificauit tabernaculū suum Altissimus. Mons Dei, mons pinguis, mons in quo beneplacitū est Deo habitare in eo. Te Apostolorum agmen, verā domini Dei arcam (vt quondā sacerdotes typicam illam) humeris sublatam, atque in sepulcro conditam, per illud, velut per alterum Iordanem, ad veram promissionis terram,

Cant. 2.
Mors Mariae
quo pacto
appellanda.

Cant. 6.

Cant. 1.

4. Reg. 6.
2. Cor. 12.

Eccle. 11.
Beata Maria
ante
mortem beata
dicenda, &
quæ.

D. Maria
mortem lætam
reddidit.

Psal. 64.
Psal. 45.

Psal. 67.
Iosue. 4.

Gal. 4. hoc est ad supernam Hierusalem, eorum omnium, qui fide præditi sunt, matrem, **F** cuius opifex & architectus est Deus, transfuserunt. Non enim anima tua in infernum descendit, nec caro tua corruptionem vidit. Non corpus illud tuum immaculatum ac labris omnibus expers in terra relictum est: verum in caelo ac regijs sedibus, tu regina, domina, hera, ac verè mater & genitrix, deposita es. O quonam pacto eam, quæ caelos amplitudine superavit, coelum suscepit! Quonam rursus pacto tumulus eam, quæ Dei conceptaculum fuit, cepit? Certè ita est, cepit & tenuit. Non enim corporeæ molis ratione coelum amplitudine superavit. (Quonam enim modo corpus, quod tribus cubitis constat, subtiliusque in dies fit, coeli latitudini ac longitudini ¹⁵ comparari queat?) Verum per gratiam potius magnitudinis omnis & latitudinis modum superavit. Neque enim aliquid est, quod Deo conferri possit. **G** O sacrum miraculum, hoc est monumentum illud augustum & adorandum, quod etiam num angeli, non sine magna quadam reuerentia & metu astantes, cõplectuntur, demones pertimescunt, homines per fidem accurrunt, honorantes, adorantes, oculis & labris, atque animi cupiditate exosculantes, vberriamque bonorum copiam haurientes. Quemadmodum enim si quis ingentis pretij unguentum vestibus aut loco alicui imponat, ac rursus eximat, suavitatis reliquæ abstracto etiam unguento restant: eodem modo nunc quoque diuinum tuum & sanctum, ac maculæ prorsus omnis expers, diuinæque fragrantia refertum corpus, fons inquam ille gratiæ perennis, in sepulcro collocatum, ac deinde rursus ad præstantiorem & sublimiorem regionem abreptum, haudquaquam ita sepulcrum reliquit, vt honoris **H** expers esset: verum, tum diuinam fragrantiam & gratiam ipsi impertit, tum sanationum ac bonorum omnium fontem iis, qui cum fide ad monumentum accedunt, reliquit. Tibi nos quoque hodierna die assidemus, ô domina, domina, atque iterum dicam domina, Dei genitrix & virgo, animas nostras ad spem tuam, non secus atque ad firmissimam quandam anchoram alligantes, mentem, animam, corpus, totos denique nos tibi dicantes ac consecrantes, psalmis & hymnis spiritualibus, quantum possumus, honorantes. Etenim si, vt ¹⁶ sacrosanctus sermo nos edocuit, honor is, qui conferri habetur, benevolentiam erga communem dominum declarat, quo tandem modo studium te honorandi, quæ Dominum peperisti, negligendum erit? An non illud vel necessario spiritui præferemus, ac **I** vel etiam ipsi vitæ anteponeamus? Hac enim ratione nostram erga Dominum benevolentiam luculentius ostendemus. Quid autem ad Dominum dico? Sufficit enim certè iis, qui tui memoriam piè vsurpant, pretiosissimum memoriæ tuæ donum: quippè quæ eiusmodi lætitiâ pariat, quam nullus eripere possit. Quanam enim voluptate, quibus bonis non impletur, qui mentem suam sanctissimæ memoriæ promptuarium effecit? Habes, gratitudinis ergo, has sermonum nostrorum primitias, ac pauperis animi nostri libamina, qui amore tuo incitatus imbecillitatis suæ obliuione captus est. At tu cupiditatem benigno animo accipe, illud scilicet exploratum habens, eam viribus nostris superiorem esse. Tu ¹⁷ verò, bona domina, bonique Verbi parès, vtinam nos inspicias, ac res nostras arbitrio tuo regas & modereris, scèdissimarumque nostrarum affectionum impetum comprimas, fluctusque cõpescas, atque ad tranquillum diuinæ voluntatis portum dirigas, ac futura beatitudine dones, illa inquam suavi & perspicua illuminatione Dei Verbi ex te incarnati, cum quo Patri gloria, honor & imperium, maiestas & magnificentia, cum sanctissimo & bono ac viuifico Spiritu, in secula seculorum, Amen.

Quam vim D. Marie sepulcrum habeat, pulchra similitudine ostendit.

SIOA
DANLA
OPE

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM ORAT.

1. laudare minimè possumus) Græca hoc loco mēdosa sunt. Sic tamen fortasse corrigi possunt, ὅτι μὴ πρὸς ἄξιαν εὐφημῶμεν (αὐτὴν δυνάμεθα, τῷ φόβῳ συλλογιστοὶ; ἡμεῖς. Ἐὰν γὰρ ἄθμοι δὲ, &c. ac post Σποπύκατες interrogandi nota appingenda est. 2. ingenij nostri primitias) Pro ἀπροθύμοι hoc loco lego ἀπροθύμιον. ἰ. ἀπαρχὴν. 3. Patris terminus ac ratio) ὁ πρὸς καὶ λόγος. Hęc autem verba à Gregorio Naz. mutuatus est. Nam ille 2. Orat. de Pasch.

- A de Pasch. Filium Patris ὄρον καὶ λόγον appellat. Cur autem eum Patris terminū ac rationem vocet, vide ibi Nicetæ Commentarium & Pselli annotationem. 4. Deus idem ac humanus homo) ἰησοῦς ὁ αὐτός. θεός tamen legendum esse existimo, propter id quod sequitur, ὁμοῦ τε καὶ ἀνθρώπος. 5. misimēq; reprehendās) In Græcō corruptē legitur ἀδελφική. Perspicuum est enim ἀδελφική legendum esse. Sic quippē idem Author, & lib. 3. ca. 20. de Orthod. fide, & plurimis aliis locis eas affectiones appellat, quæ vitio non dantur, vt famēs, sitis, fatigatio, aliāq; eiusmodi. 6. quod minimē assumptū est) Gr. τὰ ἀπὸς Ἀληθινὸν ἀθεοποίητον. Id autem ad verbum à Gregorio Naz. sumpsit, qui priore epist. ad Cledon. aduersus Apollinarianitas pugnans, qui mentem à Christo assumptā fuisse negabant, his verbis vtitur, τὸ ἀπὸς Ἀληθινὸν ἀθεοποίητον, ὃ δὲ ἰωάννη θεῷ, τὸ καὶ σὺ λέσαι. Rectē enim argumentatur, si Christus humanam mentem non assumpsit, hominis morbum per ipsius incarnationem non omni ex parte propulsatū fuisse. 7. semper inhiat) Gr. ἀπὸς ἀ ἢ τὴν λυχοτέρον ἀπὸ ἀδελφική πέρω. Ego tamen non dubito, quin pro πέρω legendum sit χέχνη. Itaque ad hanc lectionem translationem meam accommodaui. Nihil autem apud Græcos Theologos hoc loquendi genere frequentius, cum significare volunt animum rei alicuius amore flagrantem, eamque stultē admirantem. 8. ante fructum) Sanè præpostera hoc loco Græca esse vt existimem, sensus facit. Nam cum naturā ita comparatum sit, vt labor fructū antecedit, ac non contrā fructus laborem, legendū proinde puto ἀργεῖσιν νεγροῦσι τὴν καρπῶν τὸ πόνον. Idque liquet ex eo quod mox sequitur, πόνος γὰρ ἀργεῖσιν προεῖται ἀρετῆς. 9. Quod si pugnantia non dicis) Existimari hoc loco pro ἀντίθεα, ἀντίθεα non incommode legi posse, vt idem penē significet quod ἀδυνατα, qua voce paulō antē vsus est. Hic enim sensus esse videtur: Si ea quæ dicis, cum meo virginitatis instituto minimē pugnant, fac mihi conceptionis modum exponas. Non enim alioqui admodum quadrat, vt angeli verba ἀντίθεα vllō modo putari possint. 10. An non tu perspicuē) σὺ προσὶ reposui, tum quod ita postulet sensus, tum etiam quod Volaterranus sic legerit. 11. O quoniam pacto) Hic quoque pro ὄπως Volater. legit ὁ πῶς, & rectē. 12. cum à Lunari corpore) Hoc loco nisi in Græco addatur ὅτε, non video quī sententia constare possit. Nam alioqui pro καλυπτόμενος legendum esset καλυπτόμενος. 13. cælestes virtutes) ἕρμαιον addo ex Volaterrani interpretatione. 14. nullum deniq; officij genus) Προμην legendum est τὴν μὴ. 15. comparari queat) παρρηθίω in Græco corruptē legabatur, pro ἀδελφική: quemadmodum etiam aliquantō pōst ἀργεῖσιν pro ἀργεῖσιν. 16. vt sacrosanctus sermo edocuit) Significat, vt opinor, Basilium (tametsi per seipson λόγον Græci Scripturam sacram ferē intelligant) qui in Orat. de laude 40. martyrum his verbis vtitur, ἡ ἀπὸς τοῖς ἀγαθοῖς τὴν ὁμοδοῦσαν προμην ἀποδείξιν ἐχει τῆς ἀπὸς τὸ κοινὸν διαπότισιν ἐνοίας, i. honor qui vobis conferuis tribuitur, beneuolentiæ erga communem dominum argumentū est. 17. Tu verò) Pro εἰ δὲ, lego σὺ δὲ. Ad eundem enim modum Basilianā Orationē claudit Gregorius, σὺ δὲ ἡμῶς ἐποπτεῖς ἰλεως, &c.



S ANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS Monachi & Presbyteri Damasceni, de Assumptione sanctissimæ Dei genitricis,

ORATIO SECUNDA.

ETSI NEMO est mortalium, qui sacrosanctum Dei genitricis è vita discessum pro dignitate laudare queat, ne si sexcentas quidem linguas, totidēmq; ora habeat, imò nec si omnes toto orbe dispersæ linguæ in vnum coëant, eius tamen laudes oratione consequi possint (si quidem ipsa encomiorum omnium legem excedit) tamē quoniam Deo gratū est quod pro viribus fit, atq; ex amore ac zelo probaque voluntate offertur, grataq; Dei matri sunt ea, quæ filio grata atq; accepta sunt, vestris, optimi ac Deo charissimi pastores, imperiis obtemperantes, eā rursus laudare aggrediamur, Verbi illius, quod ex ipsa carnē suscepit, osque omne, ipsi se aperies, implet, quodq; ipsi ornamentū atque illustrissimum encomium extitit, opem atque auxiliū implorantes. Qua quidem in re illud nobis exploratum esse debet, quod cum eam laudare incipimus, debitum munus persoluimus: eoque persoluto, rursus debitores esse

incipimus: ita ut debitum & semper initiū sumat, & semper exoluatur. Ac mihi
 veim ea propitia sit, quam laudandā suscepimus, quę creatā omnia superat, atque
 omnibus rebus cōditis domipatur, velut Dei mater, qui creator est & opifex, re-
 rūq; omnium imperio potitur. Ac vos quoque, o cœtus diuinis sermonibus Gra-
 cula libeter aurē accōmodās, ignoscite quæso, ac mentē quidē meā ita cōprobate,
 ut interim imbecillitatis meę vos misereat. Quemadmodū enim si quis imperā-
 tori, qui hominū gubernacula diuinis suscepit, cuique cibis semper cōferta mē-
 sa, aulā quę exquisitissimorū vnguentorum vaporibus perfusa sit, præter tempus
 aut violam, ad purpurę colorē accedentē, aut rosam, suauissimum spinę germen,
 folliculos virides habēs, id quę quod ex his oritur duplici colore præditū, atq; ad
 maturū ruborem sensim progrediēs, aut dulcissimū aliquem Autumni fructum
 obtulerit, non tam muneris vilitatem, quā nouitatem spectabit, & admirabitur,
 fragrantia illam optimē iudicans & intelligens, muneribusque quā amplissimis
 & pulcherrimis rusticū ornabit: Ad eundem modū nos quoq; si velut in hyeme
 verborū florē reginæ offeramus, ac senescentē encomiorum sermonem ad certa-
 mina instruamus, cupiditatēque, tanquā lapidem ferro cōterentes, aut mentem
 nostrā sermonis parentem, non secus atque intempestiuā vnam exprimentes, per-
 exiguam quandā & obscurā scintillam, ac sermonis, nūstū, vobis, qui litterarum
 atque audiendi nostri cupiditate flagratis, impertiamus, multō lubentioribus ani-
 mis accipiemur. Quid enim Verbi matri aptius, quā sermonem offeremus? Sim-
 ile enim simili gaudet: atque ipsi non potest non gratum esse, quod pro viribus
 efficitur. Ergo iam orationis carceres aperientes, ac velut equo cuipiā frenū non-
 nihil remittentē, sermonem ad cursū emittamus. At tu, Dei verbum, suppe-
 tias quæso mihi affer, brutāque meam mentem facundam redde, ac facilem &
 pronā sermoni meo semitam effice, cursūque meum ad voluntatem tuā dirige,
 ad quam omnis sapientis viri sermo ac mens tendit. Hodierno die sancta ac sola
 virgo mundo sublimiori ac cœlesti templo offertur: quę virginitatem eouque
 coluit atq; cōcupiuit, ut ab ea tanquā à purissimo quodam igne afficeretur. Nam
 cum virgo omnis per partum virginitati perniciem afferat, ipsa tamen & ante par-
 tum, & in partu, & post partum virgo permanit. Hodierno die sacra & viua Dei
 viui arca, quę parentē & opificem suum vtero gestauit, in templo Domini non
 manufacto cōquiescit. Ac saltat Dauid ipsius progenitor, & Dei parens, vnāque
 cum eo choreas agunt angeli, plaudunt archangeli, virtutes concelebrant, princi-
 palitas exultant, potestates lætantur, dominationes gaudent, Throni festum diem
 agunt, Cherubim laudibus efferunt, Seraphim gloria afficiunt: nec minus ipsi
 gloria afficiuntur, cum glorię parenti gloriam tribuunt. Hodierno die sacratissi-
 ma columba, & simplex atque innocens anima, spirituique diuino consecrata, ex
 arca, hoc est ex corpore, quod vitę initiū dedit, euolās, pedibus suis requiem in-
 uenit, cum nimirum ad mundum eum, qui animo ac ratione intelligitur, abscel-
 sit, atque in spurcitiei omnis experte supernæ hereditatis terra habitauit. Hodierno
 die Edem, spirituales noui Adami paradysum suscipit, in quo condemna-
 tio abrogata, in quo vitę lignum constitum, in quo nuditas nostra contacta est.
 Nec enim nos iam nudi sumus atque indumentis caremus, diuinę videlicet
 imaginis splendorem minimē ferentes, vberimāque Spiritus gratia spoliati.
 Non iam veterem nuditatem deplorantes, dicemus, Expolui me tunica
 mea: quo modo induar illa? Etenim ad hunc paradysum serpens aditum non
 habuit: vbi falsę diuinitatis cupiditate flagrantes, iumentis comparati sumus. Ip-
 se enim vnigenitus filius, cum Deus, & eiusdem cum Patre substantiæ esset, ex
 hac virgine ac pura terra hominem sibi ipsi affinxit. Atque ego, & ex homi-
 ne Deus effectus sum, & qui mortalis eram, immortalitatem contraxi: ac pel-
 liceas tunicas exui. Corruptionem enim exui, atque incorruptionem indutus
 sum, accepto nimirum deificationis integumento. Hodierno die virgo il-
 la immaculata, quę cum terrenis affectionibus commune nihil habuit, sed
 cœle-

Simile.

2. Reg. 6.

Gen. 8.

Gen. 3.

Cant. 5.

Psal. 48.

- A** coelestibus cogitationibus educata est, non in terram abscellit, verum, ⁵ vt quæ verè viuum cœlum existerat, in cœlestia tabernacula introducitur. Quis enim eam cœlum nuncupans, à verò aberret? Nisi quis fortè, rem rectè intelligēs, eam cœlis quoque incomparabili præcellentiâ modo superiorem esse dicat. Et enim is, qui cœlorum architectus & cōseruator est, qui rerum omnium conditarum, tam mundanarū, quàm mundo sublimiorum, tam in aspectū cadentiū, quàm ab oculorū sensu remotarū artifex, cuius nullus in omnibus rebus locus est (siquidē id quod continet, eorū quæ cōtinentur locus esse definitur) in ea à seipso sine semine infans effectus est, eamque latum suæ omnia complectentis ac solius deitatis promptuarium reddidit: totus nempe citra perpeffionem vllam in ea collectus, ac totus intus manens, locumque qui comprehendi nequeat, sibi ipsi habens. Hodierno die vitæ thesaurus, gratiæ abyssus (nescio quo pacto intrepidus ac minimè trementibus labris id efferam) morte vitam afferente obtegatur: quæque eius euerforem pepererat, ad eam metus omnis expers accedit, si tamen sanctissimū ac vitalem ipsius somnum mortem appellare fas est. Nam quæ veram vitam cunctis protulit, quæ tandem mortem degustare, aut ei obnoxia esse queat? Verum filij sui legi omnino obsequitur. Atque, vt quidem veteris Adami filia, veteres pœnas subit (nec mirum, cum ipsius quoque filius, qui ipsamet vita est, eam minimè recusat:) vt autem ea, quæ Dei viui mater extitisset, ad eum, vt par erat, effertur. Nam cum Deus dicat, Ne fortè Adam mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum, quid afferri potest, quin ea, qua sempiterna ipsamet, & indefinens vita, nec principij aut finis terminis inclusa suscepta est, in infinitum seculum victura sit? ⁶ An quidem olim Deus eos, qui humanum genus auspicati fuerant, & inobedientiâ mero sese ingurgitauerant, ac per transgressionis temulentiam in cordis somnolentiam inciderant, peccati que crapula ita affecti fuerant, vt oppressis animi luminibus mortifero somno tenerentur, è paradiso Edem ⁶ exterminauit. Nunc verò eam, quæ vitij omnis impetum discussit ac propulsauit, ac Dei patris obedientiæ germen produxit, atque vniuerso mortalium generi vitam inchoauit, an non paradisi excipiet? An non cœlum portas suas gaudens referabit? Referabit profectò. Si quidem Eua, cum serpentis nuncio aurè adhibuisset, hostis que consilio paruisset, ipsiusque sensus falsæ ac fallacis voluptatis illecebra demulsus esset, mœroris ac tristitiæ sententiam retulit, partuumque dolores sustinuit, mortisque vnâ cum Adamo condemnata est, atque in imis inferni recessibus habitauit. Hanc autem verè beatissimam, quæ Dei verbo aurem submisit, Spiritusque afflatu atque operatione impleta est, & ad spiritualem archægeli cantum prægnans facta est, ac sine voluptate & viri congressu Dei Verbum, & personam illam, mentem omnem superantem, atque omnia implentem, naturaliter absque doloribus procreauit, seq; totâ Deo dicauit & cōsecrauit, hanc inquâ quonâ pacto mors absorbebit? Quonâ pacto infernus excipiet? Quonam pacto corruptio corpus illud, quo vita suscepta est, aggredietur? Abhorret omnino hæc atque aliena sunt à deifera illa anima & corpore. Ipsi enim aspectū mors quoque ipsa pertimuit. Siquidem ipse filium adorta, ex his, quæ pertulit, erudita, periculôque facto prudētior reddita est. Nec verò caliginosi inferni descensus ab ipsa triti sunt: verum recta ipsi & plana ⁷ ac facilis in cœlū via munita est. Nam si, vbi ego sum, illic & minister meus erit, ait ^{12.} Ioh. Christus, vita & veritas, quid afferri potest, quin multò magis cū eo mater domiciliū habeat? Vt enim antequam vllô parr^o dolore afficeretur, peperit: ita etiâ ipse è vita discessus doloribus caruit. Mors quidē peccatorū pessima: at de ea, in qua peccatū, mortis stimulus, extinctū est, quid tandē dicemus, ⁸ nisi mortē ipsi ad æternā ac præstantiorem vitā transitū fuisse? Pretiosa quidem verè sanctorum Domini Dei virtutum mors est: at pretiosior matris Dei ex hac vita migratio. Nunc cœli latentur, & plaudant angeli, nunc exultet terra, & saltent homines, nunc aër lætus cantibus perfonet, nox obscura tristem & insuauem caliginem ex-

cutiat, atque ignis claritate splendorem diei gaudens imitetur. Etenim viua Do-
 mini ac Dei virtutum ciuitas sublimis fertur, ac reges à templo Domini, hoc est
 G. 4. præclara Sion, ad supernam & liberam, ac matrem suam Hierusalem præ-
 stantissimum donum afferunt, Apostoli nimirum, qui totius orbis principes à
 Christo constituti sunt, Dei matrem ac perpetuam virginem. Nec verò alienum
 mihi videtur, sermone, quantum facultas mea feret, spectacula ea, quæ ob sacrò-
 sam hanc Dei matrem contigerunt, quæque mediocriter, valdeque, vt dici
 solet, compendiariè, à patre olim pueri accepimus, describere, atque cõiectura in-
 formare. Cernere enim mihi videor hanc sanctis sanctiorem, & sacris sacratiore,
 piisque pietate præstantiorem, hanc inquam dulcem mannae vnam, vel, vt veriùs
 dicam, fontè, in diuina ac celebri Dauidis ciuitate thoro infidètem, in visibili in-
 quam illa & clarissima Sion, in qua lex litteræ cõpleta, ac spiritus lex dictata est, G
 in qua Legislator Christus legale Pascha peregit, ac verum Pascha ille veteris ac
 noui Testamèti Deus tradidit: in qua ille Dei agnus, qui mundi peccatum tollit,
 mysticam discipulis suis cœnam tradidit, ipsisque sese velut vitulum faginatam
 Luc. 15. mactauit, ac veræ vitis vnam tanquã in torculari expressit: in qua Christus à mor-
 te ad vitam rediens Apostolis conspectus est, Thomæque ac per eum vniuerso
 orbi, fidem fecit se Deum ac Dominum esse, duas naturas etiam post resurrectio-
 nem in seipso ferentem, eisque consentaneas duas operationes, liberaeque volun-
 tates in sempiternum æuam perdurantes. Hæc Ecclesiarum arx est: hæc Discipulo-
 rum domiciliũ. In hac sonorus ac permultis linguarum generibus pollès, igneamque H
 formam gerens Spiritus adueniès, in Discipulos fusus est. In hac Theologus Dei
 genitrici, quam exceperat, quæ necesse erant, subministrabat. Hæc omnium orbis
 Ecclesiarum mater, matris Dei, post Christi resurrectionem domiciliũ extitit.
 In hac igitur beata virgo in beatissimo quodam lecto decumbebat. Verum hoc
 orationis loco positus (vt animi mei affectum prodam) ardentissimo quodam
 amoris igne torreo, atque horrore quodã iucundisq; lachrimis occupor, lectum
 ipsum beatum & amabilem, miraculisq; plenum, qui tabernaculum illud, ex quo
 vita principiũ duxit, sanctitatisque ex contactu particeps factus est, velut exocu-
 lans. Atq; aded ipsum quoque sacrũ & facerrimum, Deoq; dignũ tabernaculum
 meis manibus cõplecti mihi videbar, oculisq; & frontem & labia, ac ceruicem
 & genas mēbris illius admouere: eumq; perinde ac si corpus adesset, tactu sentie-
 bam. At cum propius animũ aduertissem, oculis id quod expetebã perspicere mi-
 nimè potui. Quonam enim pacto id perspicere, quod sublime in cœleste tēplum
 abreptũ est? Atq; hæc quidè nunc mihi cõtigerunt. Quonam autè hæc sunt, quæ
 ab eo, qui parentibus honore haberi lege sanxit, ad eam ornandam peracta sunt?
 Eos, qui passim toto orbe ad hominũ piscationem disperferat, modulatisimisque
 & variis Spiritus linguis, ac Verbi fagena, ex erroris voragine ad spiritualè & cœ-
 leste mysticæ cœnæ mensam, sacrisq; cõiuuij spiritaliũ cœlestis sponsi nuptiarũ,
 quas Pater filio, qui eiusdem cum eo potentia ac naturæ est, magnificè atque ad-
 modũ regiè celebrat, homines extrahebant, diuino imperio nubes retis cuiusdam
 instar ad Hierusalè adurgebat, velut aquilas quasdã compellès atq; in vnũ cogès. I
 Vbi enim fuerit corpus, ait Veritas, illic cõgregabuntur & aquilæ. Nam quamuis K
 de eius ipsius, qui his verbis vsus est, secũdo & illustri è cœlis descensu, hoc antè
 dictum sit: tamen haud absurdè hęc quoque condimèti cuiusdam loco vsurpabi-
 tur. Aderant igitur Verbi serui, vt, pro eo ac debebant, ipsius etiam matri operam
 nauarent, benedictionemque ex ipsa, non secus atque amplissimam quandam ac
 præstantissimam hereditatem haurirent. Ecquis enim dubitat, quin ipsa benedi-
 ctionis fons, ac bonorum omnium scaturigo sit? Vnà etiam aderant ipsorum af-
 feclæ, ac successores, vt quemadmodũ ministerij, sic etiã benedictionis participes
 essent. Quorum etenim cõmunis labor est, horũ quoque fructũ communem esse
 consentaneum est. Sed & insuper agmẽ illud omne aderat, quod in Hierusalem
 diuinitus collectum erat. Et verò par erat, vt veterum iustorum ac Prophetarum
 præstan-

Exod. 20.
 Apostoli
 ad Christi
 matrem moy-
 si propin-
 quam con-
 ueniunt.

Luc. 17.

Maria be-
 nedictionis
 fons.

- A** præstantissimi quiq̄ue comites accederent, atque in sacri huiusce satellitij partem venirent, vt qui Dei Verbi ex ea, nostræ salutis causâ, carnalem ac benignitatis plenam natiuitatem prænuñciaſſent. Quin ne angelorum quidem cateruis huius cœtus exars erat. Quantumcunq̄ue enim summo regi voluntæ paret, ob idq̄ue dignum est quod ipsi adſtet, id nimirum ipsius quoque iuxta carnem matrem, illam inquam beatissimam, & omnibus generationibus atque eadē omnibus rebus conditis excellentiorem, stipare oportebat. Huic omnes adſtabant, Spiritus fulgore collucenti, splendidiſſimisq̄ue radiis eos illustranti, qui cum pudore ac metu, & constanti cupiditate purum in eam mentis oculum defigebant. Hic sermones diuinitus inspirati, ac diuinitus editi. Hic hymni quidam Deo iucundi, atque ad ornandum ipsius discessum accommodati. Opus enim erat hoc quoque nomine infinitam Dei bonitatem ac magnitudinem omni magnitudine sublimiorem, & infinitam potentiam, & ipsius ad nos moderationem, ac descensum omni magnitudine ac sublimitate superiorem, benignitatisq̄ue, quæ comprehendendi non potest, diuitias opes omnes excedentes, atque inexplebilem charitatis abyſſum, laudibus efferre: quo nempe pacto ipse à sua maiestate haudquaquam excedens, ad sublimitatis parentem exinanitionem benigna Patris ac Spiritus voluntate descenderit: quo pacto is, qui supra omnem essentiam est, ex foemineo ventre modo essentia omni præstantiori exiit: quo pacto & Deus sit, & homo factus sit, simulq̄ue vtrumque maneat: quo pacto nec à sua essentia disceſſerit, & eque ac nos carnis & sanguinis particeps factus sit: quo pacto is qui omnia implet, & omnia antecellit, & verbo oris sui omnia fert, angustum locum habitabit: quo denique pacto virginis corpus, quod ex materia concretum est, atque ad foenaturam accedit, huius claræ deitatis ignem consumendi facultate præditum exeperit, atque auri instar purum extiterit. Dei nimirum voluntate hæc facta sunt. ^{Phil. 2.}
- C** Siquidem volente Deo nihil est quod non fieri possit: nolente autem eo, nihil prorsus effici potest. ^{Heb. 11} Postea autem sermonum quoque certamē excitatum est, non vt alter alterum superaret (hoc enim inanis gloriæ cupiditate laborantis animi est, atque à Dei voluntate procul abest, distatq̄ue plurimum) sed vt nihil studij ac virium præmitterent. Tum verò, tum inquam Adamus & Eua nostri generis auctores exultantibus labiis altè exclamarunt: Beata tu filia, quæ violati mædatis pœnas nobis sustulisti. Tu mortali corpore à nobis accepto, immortalitatis indumentum nobis peperisti. Tu cum à lumbis nostris ortum accepisses, beatitudinem nobis rependisti. Dolores deleuisti: mortis fascias perfregisti: ad vterè sedem quasi postliminio nos reuocaſti. Nos paradysum clausimus: tu ligni vitæ iter patefecisti. Ex lætis tristitia culpa nostra venerunt: ex tristibus contra lætiora per te redierunt. Quoniam autem modo, ô immaculata, morti obnoxia efficeris, tu inquam vitæ pons, & cœli scala? Quoniam modo mors ad immortalitatem ponto esse queat? Verè inter mulieres beata es, atq; adeò beatissima. Applaudebat autem vniuersus etiam sanctorum chorus, his verbis vtens: Tu prædictiones nostras expleuisti: tu expectatam nostram lætitiã produxisti. Per te enim mortis vinculis soluti sumus. Veni ad nos, ô diuine & vitam ferens thesaure. Veni ad nos cupientes, quæ cupiditatem nostram expleuisti. At verò non minoribus verbis eam circumstantium sanctorum, qui adhuc in corpore versabantur, multitudo retraherat, ad hunc modum eam alloquens: Mane nobiscum, ô nostra cōsolatio, vnicumque in terra solatium. Ne nos orphanos deseras, ô humani ac misericordis mater, filij tui causa periclitantes. Te laborum requiem, ac sudorum refrigerium habeamus. Tibi enim & manere volenti potestas in promptu est, & abire constituenti nemo est qui impedimentum afferat. Si abis, ô Dei arca, vnà quoque nobis, qui populus tuus ob filium tuum exitimus, abire liceat. Tu sola nobis in terra cōsolatio relicta es. Et te viuente, simul viuere, & moriente, simul mori beatum est. Quid autem moriente dicimus? Tibi enim mors quoque ipsa vita est, ac vitâ præstantior, atque hanc vitam incomparabiliter antecellens. Nobis autem

quæ tandem vita esse queat, tua consuetudine orbatis? His mihi verbis Apostoli simul cum vniuerso Ecclesiæ agmine beatam virginem tum allocuti fuisse videtur. Cum autem ad excessum à vita properantem, eiusque cupiditate flagrantem Dei genitricem conspexissent, tum denique ad hymnos ad exitum pertinentes sese conuerterunt, diuina nimirum gratia perfusi, atque os suum Spiritui commodantes, extraque carnem abrepti, ac cum excedente Dei matre simul excedere cupientes, voluntatisque vigore, quoad eius fieri poterat, ante mortem excedentes. Posteaquam autem cupiditati simul atque officio suo satisfecerunt, floridamque ac multiplicem sanctorum hymnorum corollam texuerunt, benedictionem, velut thesaurum quendam diuinitus datum, retulerunt, postrema nimirum ea verba proferentes, quæ in alicuius è vita discessu habere conuenit. His porro, quantum G quidem ipse intellectu assequi possum, tum præsentis vitæ fragilitas¹² & inconstantia exponebatur, tum occulta futurorum bonorum mysteria in apertum adducebantur. Mox consentanea quædam his atque congruentia tunc contigisse mihi videntur. Etenim Rex ipse ad matrem suam venit, vt diuinis suis & purissimis manibus sanctâ ac puram & labis expertem ipsius animam fusciperet. Atque ipsa quidem, vt à vero non abhorret, dixit, In manus tuas, Fili, commendo spiritum meum. Animam meam tibi charam accipe, quâ à peccati labe puram seruasti. Tibi, ac non terræ, corpus meum trado: saluum & incolume hoc serua, quod incolere dignatus es. Transfer me ad te: vt vbi tu viscerum meorum fœtus es, illic quoque tibi contubernalis sim. Ad te enim propero, qui ad me descendisti. Tu H charissimis filiis meis, quos tu fratres appellandos duxisti, peregrinationis meæ solatium esto. Per manuum mearum impositionem benedictionem eorum nouis benedictionibus cumula. Postea, sublatis, vt verisimile est, manibus, iis omnibus, qui tum collecti erant, bene precata est. Hanc orationem cum ipsa habuisset, atque hæc verba vicissim audiisset, Veni in requiem tuam benedicta mea mater: Surge, veni amica mea, pulchra inter mulieres: Ecce enim imber transit, tempus putationis aduenit: tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: odor vnguentorum tuorum super omnia aromata: hæc inquam cum sancta illa audiisset, spiritum suum in filij manus commendat. Et quidnam accidit? Elementorum, vt mea quidem opinio fert, commotio & immutatio, vocesque & soni, atque I hymni angelis digni, partim præcurrentibus, partim comitantibus, partim assistantibus. Et quidem alij ex ipsis immaculatæ & sanctissimæ animæ satellitum missus obibant, atque in cœlum ascendentem comitabantur, quousque regio solio reginæ sisterent: alij rursus diuinum & sacrum corpus cingebant, hymnisque, qui angelis conuenirent, Dei matrem celebrabant. Quid autem illi, qui sanctissimo ac facerrimo corpori astabant? Cum timore, ac desiderio, & exultationis lacrimis, diuinum illud ac beatissimum tabernaculum in orbem cingentes complectebantur, & exosculabantur, nullumque non membrum corpori admouebant, atque ex ipsius contactu sanctitate & benedictione perfundebantur. Tum igitur & morbi fugam capebant, & dæmonum cateruæ pellebantur, atque ad K subterraneas partes vndique exigebantur: & aër & æther ac cœlum ascendente spiritu sanctitatem contrahebant, quemadmodum & terra per corporis ipsius inhumationem. Quin ne aquarum quidem natura benedictionis expertis fuit. Abluitur enim aqua pura: non quò ipsum purgaretur, sed quò eam potius purgaret. Atque hîc surdis auditus, claudis pedum firmitas restituebatur, cæcis visus instaurabatur, peccatoribus cum fide accedentibus syngraphæ lacerabantur. Tum puris linteis purum corpus obuoluitur, ac lecto rursus regina imponitur. Ac deinde lampades adhibentur, & vnguenta, atque hymni ad eam prosequendam accommodati: angelis nimirum linguis suis hymnum sibi congruentem canentibus, Apostolis autem, ac diuinitus afflatis patribus, cantiones quasdam Deo iucundas, atque à Spiritu sancto inspiratas, modulantibus. Ac tum arca Domini è monte Sion abiens, præclarisque Apostolorum humeris gestata, in cœleste templum per

Luc. 23.
Oratio
Marie ad
Christum.

Heb. 2.

Cant. 1.

- A** per interiectum sepulcrum effertur. Ac primùm quidem per mediam urbē ducitur, pulcherrimæ cuiusdam sponſæ in modum incomparabili quodam spiritus splendore decorata: atque ita ad sanctiſſimum Gethſemanæ locum gestatur, angelis præcurrentibus, & affectantibus, aliſque ſuis obuelantibus, vniuerſaque item Eccleſia. Et quemadmodum rex Salomon, ob requiem arca in templo Domini, quod ipſe extruxerat, ſeniores omnes Hieruſalem in Sion coëgit, vt arcam foederis Domini deferret de ciuitate Dauid, id eſt de Sion: Et tulerunt ſacerdotes arcam, & tabernaculum testimonij: Et portabant eam tum ſacerdotes, tum Leuita: Et rex, & omnis populus gradiebantur ante arcam, boues & oves innumerabiles maſtantes: Et intulerunt ſacerdotes arcam foederis Domini in locum ſuum, in oraculum domus, in ſancta ſanctorum, ſub alas Cherubim: Ad eundem modum ob requiem ſpiritualis arce, non foederis Domini, ſed ipſiusmet Dei Verbi perſonæ, ipſe nouus Salomon, ipſe in quâ princeps pacis, præſantiſſimusque vniuerſitatis artifex, tum mundo ſublimes coeleſtium mentium ordines, tum primarios noui Teſtamenti viros, hoc eſt Apoſtolos, vnâ cum vniuerſa plebe ſanctorum, qui erant in Hieruſalem, hodierno die in vnum cogens, animam quidem in ſancta ſanctorum, in exemplaria inquam ac vera & coeleſtia, per angelos introducit, ſubque animalium, quatuor formis conſtantium, aliſ collocat, ſuoque ipſius ſolio in interiore velaminis parte ſiſtit, quod præcurſor ipſe Chriſtus corporeo modo ingreſſus eſt. Corpus autem Apoſtolorum manibus portatur: rege regum inuiſibilis ſuæ deitatis ſplendore illud contigente, atque vniuerſo ſanctorum coetu præcurrente, ſacraſque voces emittente, laudiſque ſacrificium in tumulo, tanquam in thalamo, peragete. Ac per ipſum in deliciis Edem & coeleſtibus tabernaculis collocatur. Libet autem hoc loco aliquid, quod multorum ſermone circumfertur, huic narrationi, tanquam condimentum quoddam epulis, admifcere. Aiunt enim, cum ad montis crepidinem veniſſent, qui genitricis Dei corpus geſtabant, Hebraum quendam peccati ſeruum, atque cum errore velut foedere deuinctum, ſeruum illum Caiphæ, qui in dominicam Chriſti faciem colaphum impegerat, imitantem, diabolique organum effectum, temerario quodam ac præcipiti & diabolico impetu concitatum, ad diuiniſſimum illud tabernaculum (ad quod angeli non ſine metu accedebant) ſeſe contuliſſe, arripitque vtraque manu lectum vaſanè ac furioſe in terram detraxiſſe. Id quod nimirum inuidi illius ac malorum authoris ſpiritus afflatu faciebat. Verùm laborum ſuorum fructum ſtatim tulit, acerbamque vnam, animique ſui inſtituto dignam collegit. Orbatum enim eum manibus fuiſſe prædicant. Ac cernere erat eum, qui ſuis manibus hoc facinus perpetrarat, conſeſtim manibus carentem: quoad mentem ſuam ad fidem ac poenitentiam immutaſſet. Protinus enim ij, qui grabatum gerebant, ſtederunt, ac miſer ille qui manus amiſerat, incolumitatem rursus conſecutus eſt. Calamitas enim, prudentia & ſalutaria conſilia vt plurimum parere conſuevit. Verùm ad inſtitutam orationem reuertamur. Hinc ad ſacerrimam illam Gethſemanæ defertur. Ibi que rursus oscula atque complexus, rursus encomia & hymni ſacri, & inclinationes, & lachrimæ ex animi anxietate ſimul & cupiditate manantes. Ac ſudores & fletus cerneret, qui vel cum amnibus certare poſſent. Atque ita ſanctiſſimum corpus celeberrimo & præſantiſſimo tumulo imponitur. Hincque triduo poſt in cœlos attollitur. Siquidem illud quoque diuinum domicilium, illum minimè effoſſum aquæ refectionis fontem, illud inaratum coeleſtis panis aruum, illam minimè rigatam vuae immortalitatis vineam, illam perpetuò vernantem ac pulchrum fructum proferentem olei ſpiritualis oliuam, terræ penetralibus obrui minimè conueniebat. Quin potius quemadmodum illud ſanctum & corruptionis expers corpus, quod Deus Verbum ex ea perſonaliter ſibi copulauerat, tertio die è monumento exurrexit: ſic etiam hanc è tumulo abripi, ac matrem ad filium migrare par erat: atque vt ipſe ad eam deſcenderat, ſic eam quoque ad maius ac præſtantius tabernaculum, hoc

Calamitas
honorum cō
ſiliorū pa
rens.

Pſal. 22.

est ad ipsum cœlum, efferri. Opus inquam erat, ut quæ Deum Verbum ventris sui hospitio exceperat, in diuinis filij sui tabernaculis collocari: & quemadmodum Dominus se in his quæ patris sui essent, versari oportere dixerat, sic quoque matrem in filij sui palatiis esse conueniebat, hoc est in domo Domini, & in atriis domus Dei nostri. Nam si in ea lætantium omnium habitatio est, eius profectò, quæ lætitiæ causa extitisset, atque incolumem in partu virginitatem seruauisset, incorruptum etiam post mortem corpus seruari oportebat. Oportebat inquam eam, quæ Creatorem, velut infantem, sinu gestauerat, in diuinis tabernaculis commorari. Oportebat eam, quam Pater sibi desponderat, in filij sui thalamis habitare. Oportebat eam, quæ filium suum in cruce conspexerat, gladiumque, quem pariendo effugerat, pectore tum exceperat, ipsum rursus Patri confidentem spectare. Oportebat denique Dei matrem, ea quæ filij erant, possidere, atque ab omnibus rebus conditis, ut Dei matrem & ancillam, adorari. Quamquam enim semper ita comparatum est, ut hæreditas à parentibus ad filios deouluatur: nunc tamen, ut eruditi cuiusdam viri verbis utar, sursum sacrorum fluminum fontes fluunt. Etenim Filius matri res omnes conditas in seruitutem addixit. Quæ cum ita sint, eia nos quoque Dei matri festum ipsius discessus cõsentaneum obeamus, non tibias quasdam & corymbantes ferentes, ac falforum deorum matris, ut ipsi dicunt, diuina orgia venerantes, quam stulti homines multorum liberorum parentem fingunt, cæterum ipsa veritas filiorum experte esse demonstrat. Dæmones enim ista sunt, atque umbrosa quædam spectra, id quod naturâ nõ sunt, incassum fingentes, in subsidium nimirum accedente aberrantium hominũ amentia. Quonã enim modo id quod corpore vacat, ex cõcubitu gignet? Quonam modo miscebitur? Quonam modo id Deus erit, quod cum antè non esset, in ortum postea prodiit? Nam quòd dæmonum natio corpore careat, inter omnes scilicet constat, etiã inter eos, qui mentis oculis capti sunt. Ait enim quodam operũ suorũ loco Homerus, dignorũ se deorũ statum exponens:

Non panem comedunt, non carpunt dona Lyæi.

Vnde cruore carent, immortalisque vocantur.

Non panem edunt, inquit: non vinũ, quod vi calefaciendi præditũ est, bibunt. Ob eamque causam sanguinis expertes sunt, atque immortales appellantur. Ac proprie sanè dixit, appellatur. Immortales enim vocatur: at nõ sunt id quod vocatur. Etenim vitij mortẽ oppetierũt. At nos, qui Deũ verũ, Deum inquam, non ex nihilo in ortum productum, sed sempiternũ ex sempiterno, causaque omni & ratione ac tẽporis & naturæ cogitatione superiorẽ colimus, Dei matrẽ honore afficimus ac veneramur. Non quòd eũ diuinitatis suæ ortũ tẽporis experte ex ipsa traxisse cõstituamus. Siquidem Dei Verbi generatio tẽpore caret, eandẽque cum Patre aternitatẽ habet. Verũ secundã generationẽ cõstitemur, quæ ex voluntaria incarnatione extitit: eius causam prædicãtes ac laudibus efferẽtes. Propter nos enim, ac salutis nostræ causa, incarnatur is, qui principij expers est, ac corpore vacat: ut simili per simile salutem afferat. Atque incarnatus ex ea sine virili cõplexu paritur, ipse totus Deus manens, ac totus homo effectus: ipse totus Deus vnã cum carne sua, & totus homo vnã cũ sua diuinitate. Ad hũc modũ Dei matrẽ virginẽ hãc agnoscimus, eiusque dormitionẽ celebramus, non Deã hanc esse prædicãtes, absit. Cræcarũ præstigiãrũ sunt huiusmodi figmẽta: quippẽ cũ ipsius etiã mortẽ narrem⁹: sed incarnati Dei matrẽ agnoscẽtes. Hãc nos, qui has diuitias cõsecuti sum⁹, ut Christi popul⁹ & simus & dicamur, sãctis cãtibus hodierno die collaudem⁹. Hãc pernoctibus stationibus honoremus. Hãc animi & corporis puritate oblectemur, hãc in quã verẽ purã, ac secundũ Deũ cætõis omnibus præstãtiõẽ. Sic enim naturã cõparatũ est, ut similia similibus gaudeãt, & exultet. Hãc per misericordiã & dolorẽ, ex eorũ, qui in egestate versãtur, calamitate cõtractũ, colamus, & obseruemus. Nã si nulla re perinde ac misericordiã Deus colitur ac delinitur, quin iisdẽ quoque reb⁹ ipsius mater oblectetur, & exhilaretur, quis tandẽ inficias eat? Hęc inenarrabilẽ diuinẽ erga nos beneuolentiã abyssũ in publicũ prõpsit. Per hanc diu-

tur

A turnū illud bellum, quod nobis cum Creatore erat, sublatum & extinctum. Per hanc nobis cum eo reconciliatio sancita, paxque & gratia donata est: atque angeli vnā cum hominibus choros agitant, & qui prius ignominia laborabant, filij Dei effecti sumus. Ex ea vitæ vnam collegimus, Ex ea immortalitatis germē excerpimus. Hæc bona omnia nobis conciliauit. In hac & Deus homo, & homo Deus factus est. Quo quid admirabilius? quid beatius? Equidē metu æstuo, ac pertimesco id quod dico. Cum Maria Prophetissa, & animæ adulescentes, adhibitis tympanis choreas agitemus, hoc est membra, quæ sunt super terram, mortificemus. Hoc enim per tympani vocabulum mysticè significatur. Ob arcam Domini animis vlulemus, ac muri Hierico, hoc est infesta aduersariorum potestatum præfidia, ruent. Cum Dauide spiritu saltemus. Arca enim Domini hodierna luce requiescit. Cum Gabriele angelorum antesignano exclamemus, Ave gratia plena, Dominus tecum. Gaude inexhaustum gaudij pelagus. Gaude vnica mœroris obliteratio. Gaude pharmacum ex omni pectore dolorem propulsans. Gaude, per quā mors submouetur, vita autem importatur. Iam verò, & sacrorum omnium sepulcrorum, duntaxat post Domini sepulcrum, quod vitæ initium dedit, ac resurrectionis fons fuit, sacerrimum (tecum enim tanquam cum anima prædito mihi sermo erit) vbi tandem illud minimè adulterinū aurum est, quod Apostolorū manus in te coniderunt? Vbi inexhaustæ opes? Vbi pretiosus ille thesaurus, qui vitam suscepit? Vbi animata mēsa? Vbi nouus liber, in quo inenarrabili modo Deus Verbum citra omnem manus operā inscriptus est? Vbi gratiæ abyssus? Vbi sanationum pelagus? Vbi fons ille, ex quo vita orta est? Vbi denique desideratissimum illud atque amabilissimum Dei genitricis Corpus? Quidnam eam in sepulcro quæritis, quæ ad cœlestia tabernacula elata est? Quid custodiæ rationem à me exposcitis? Non eam meæ vires sunt, vt diuinis iussis obliteret. Relicta sindone sanctum illud ac sacrum corpus, postquam mihi sanctitatem impertiuit, atque vnguento & suauissimo odore me compleuit, diuinumque delubrum effecit, abreptum hinc abiit, stipantibus angelis & archangelis, atque omnibus cœlestibus virtutibus. Nunc me angeli complectuntur. Nunc in me diuina gratia habitat. Ego morbo correptis medicina, qua dolores propulsentur, existo. Ego sanitatum fons perennis. Ego dæmonum profligatio. Ego iis, qui ad me confugiunt, ciuitas refugij. Accedite populi cum fide: ac gratiarū dona affluentissimè haurite. Accedite, qui fide minimè ambigua præditi estis. Sitiētes venite ad aquas, hortatur Esaias, & quibus non est argentum, venite & emite absque pretio. Ego autem Euangelicè clamo: Qui morborū sanationē, vitiosarum animi affectionum depulsionem, peccatorum obliuationem, calamitatum omnium submouionem, regni cœlorum quietem sitit, cum fide ad me veniat, gratiæque donum magnoperè efficacè & vtile hauriat. Quemadmodum enim aquæ, terræ, aëris ac splendidissimi Solis actio, simplex licet atque vna sit, variè tamen atque accommodatè ad earum rerum, quæ ipsius participes fiunt, naturam immutatur, sitque in vinea vinum, in olea oleum: ad eundem modum gratia quoque, quamuis simplex & vna sit, variè tamen ac congruenter ad vniuersamque vtilitatem, eos à quibus percipitur, beneficio afficit. Nec verò ex natura mea hanc gratiam habeo. Sepulcrum enim omne fœtore refertum est, mœrorisque causa, & delectationis hostis. Verū pretiosum vnguentum accipi: ex quo mihi odoris suauitas impertita est. Atque hoc vnguentum tanta suauitate, tantaque vi præditum est, vt vel leuiter admotum, fructum eiusmodi afferat, qui nulla ratione auferri possit. Sine pœnitentia enim verè sunt diuina beneficia. Lætiæ fontem hospitio excepi: perennisque ipsius scaturiginis diuitiis affluxi. Videtis chari Patres ac Fratres, quibus verbis celeberrimum illud templū ad nos vtatur? Quòd autem hæc ita se habeant, liquet ex Euthymiaca historia, in qua libro tertio, cap. 40. difertè ita scriptum est. Superiùs commemoratum est, quemadmodum sancta Pulcheria Christo in vrbe Constantinopolitana

Exod. 15.
Col. 3.Quid Ma.
vie tympani
significet.
Iosue. 6.
2. Reg. .6.
Luc. 1.

Esa. 29.

Sepulcri
responsio.

Deut. 4.

Esa. 55.

Simile.

Rom. 11.

Historia
vetustissimi
ma de D.
virginis
Mariæ obi-
tu.

Ecclesias construebat. Harum autem vna est ea, quæ in auspiciis imperij¹⁶ diuinae classis Marciani in Blachernis exædificata est. Cum igitur ipsi celeberrimæ ac sanctæ Dei genitricis ac perpetuæ virginis Mariæ venerandam ædem extruxissent, atque omnibus ornamentis illustrassent, sanctissimum, quodque vitam suscepisset, ipsius corpus conquirebant: accitoque Iuuenali Hierosolymorum Archiepiscopo, ac Palestinæ Episcopis, qui tum ob concilium Chalcedone coactum in vrbis imperiali peregrè agebāt, his eorū verbis alloquuntur. Hierosolymis principem & eximiam Dei genitricis ac perpetuæ virginis Mariæ Ecclesiam esse audimus, in eo loco qui Gethsemane vocatur, vbi corpus ipsius, quod vitam tulit, in loculo cõditum est. Placet itaque has reliquias huc afferri, vt imperatrici huic vrbis præsidio sint. Excipiens autem hunc sermonem Iuuenalis, hanc orationem habuit. Etsi, quæ in sanctæ Dei genitricis morte contigerunt, sacra ac diuinitus inspirata Scripturæ monumentis minimè prodita sunt: tamen ex prisca ac verissima traditione hoc accepimus, quod gloriosi ipsius obitus tẽpore, sancti omnes & Apostoli, qui Gentilium salutis causâ terrarum orbem peragrabant, temporis puncto per altum abrepti in Hierusalem conuenerunt. Ibiq̃e cum essent, angelica ipsis visio contigit, diuinusq̃e præstantiorum virtutum cantus auditus est. Sicq̃e cum diuina ac cœlesti gloria in manus Dei animam sanctam commendauit. Atque arcana quadam ratione, corpus eius, quod Deum susceperat, cum angelico & Apostolico canenti funere elatum apud Gethsemanem in loculo conditum est. Quo quidem in loco angeli totos tres dies choros agere atque canere non destiterunt. Cum autẽ ipsi exactis tribus diebus canendi finẽ fecissent, Apostoli qui aderam, propterea quod vnus ex ipsis, Thomas nimirum, qui funeri non interfuerat, post tertiuẽ diem veniens, corpus illud, quo Deus susceptus fuerat, adorare cupiebat, tumultum aperuerunt. Ac sacratissimum quidem illius corpus haudquaquam inuenire potuerunt: cum autem iacentia tantum ipsius lintea reperissent, atque ex iis inenarrabili quadam suauitate perfusi fuissent, loculum muniuerunt. Atque mysterij illius admiratione percussi, hoc solum secum reputare poterant, quod Deus Verbum, ac gloriæ dominus, qui in sua hypostasi ex ipsa carne induere atque humanitatem assumere voluerat, incolumemq̃e etiam post partum ipsius virginitatem seruaerat, idem etiam, post discessum è vita, immaculatum ac spurcitiei expers ipsius corpus in corruptibilitate ac translatione ante communem & generalem resurrectionem honestare voluisset. Aderant porrò tum vnà cum Apostolis & sanctissimus, ac primus Ephesiorum Episcopus Timotheus, & Dionysius Areopagita, quemadmodum ipsemet Dionysius de beato Hierotheo, qui & ipse tunc aderat, in his libris quos ad prædictum Apostolum Timotheum elaborauit, in hæc verba testatur: Quandoquidem etiam apud ipsos diuino numine afflatus sacros nostros antistites, quo tempore nos quoque, vt nosti, ac plerique è sacris nostris fratribus, ad corpus illud, quod vitam inchoauerat, ac Deum susceperat, intuendum conuenimus (Aderat autem etiam frater Dei Iacobus, & Petrus, summus ac præstantissimus Apostolorum vertex) vbi post spectaculum placuit, vt sacri omnes antistites pro suis quisque viribus illam infinita potentia præditam¹⁷ diuinæ imbecillitatis bonitatem laudibus efferrent, Theologis exceptis, sacros omnes alios præcones, vt te non fugit, superabat, totus videlicet excedens, totus extra se raptus, atque ita affectus, vt cum his quæ laudabat, coniunctus esse videretur, & ab omnibus, qui ipsum audiebant ac cernebant, & agnoscebant, numine diuino correptus, ac diuinus planè laudator esse censeretur. Quid autem de iis, quæ diuinè illic dicta sunt, sermonem ad te habere opus est: quippe cum, nisi te quoque me ipsius obliuio cepit, nonnullas etiam diuinorum illorum cantuum partes persepe abs te audiisse memorim. Quæ cum Imperatores audiissent, ab Archiepiscopo Iuuenali contendentur, vt sanctus ille loculus vnà cum gloriôsâ ac sanctissimâ Dei genitricis vestimentis, quæ in eo inerant, diligenter ad se mitteretur. Quod cum contigisset

Lib. de diuin. nom. cap. 3.

A fet, cum in veneranda æde sanctæ Dei matris, quæ in Blachernis extructa erat, considerunt. Atque hæc ad hunc modum se habuerunt. Quidnam porrò nos e contrario ad sepulcrum dicemus? Est quidem ita, quod gratia tua perennis est, nec ei quicquam detrahi potest. Caterum vis diuina locis minimè circumscribitur: nec matris Dei beneficia in solo monumento commorantur. Nam si sepulcro solo definiuntur, perpauci omninò huiusmodi dono fruuntur. Atqui in omnibus orbis finibus illud sese fundit. Ac proinde auremus, vt mentem memoriãque nostram genitricis Dei promptuarium efficiamus. Quonam autem modo id assequemur? Et virgo ipsa est: & virginum amans. Pura est: & purorum amans. Quocirca si & corporis & animi castitatem colamus, ipsius gratiam adipiscemur. Si quidem lutum omne fugit, ac cœnoscas affectiones auerlat. Ingluuiem execrationis: foedissimæ fornicationis vitis infesta est. Huius impuras & scelestas cogitationes, non secus ac viperarum fetus, fugit. Sermones foedos ac scurriles propellit, cantusque ac meretricia vnguenta submouet. Iræ¹⁸ tumorem odio habet: inhumanitatem & inuidiam ac similtates non admittit. Inanem gloriam, vanis laboribus se frangetem, reicit: superbiæ fastui animo hostili resistit: iniuriarum memoriam tanquam salutis hostem odio infectatur: vitium denique omne, tanquam letale venenum, execrationi habet. Horum autem contrariis delectatur. Contraria enim contrariorum medicamenta sunt. Ieiunio & parsimonia, Psalmodumque cantibus gaudet: cum puritate & virginitate ac pudicitia pulchrè illi conuenit, sempiternamque cum illis pacem colit, easque humanè & comiter exosculatur. Pacem, animique lenitatem complectitur. Charitatem & misericordiam atque humilitatem, tanquam alumnas suas, vniuersis fouet. Atque, vt rem breuiter perstringam, quolibet vitio offenditur ac discruciat: qualibet autem virtute, vt peculiari sua nota, lætatur & exultat. Quamobrem si vitia prompto atque alacri animo vitemus, virtutes autem omni studio atque amore complectamur, easque socias adhibeamus, frequens ipsa ad famulos suos veniet, ac secum bonorum omnium agmen trahet, Christumque filium suum, omniumque regem ac dominum in cordibus nostris habitantem assumet. Cui gloria, honor, robur, maiestas & magnificentia cum Patre principij experte, ac sanctissimo Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

SCHOLIA IN PRAECEDENTEM ORAT.

1 Ac mihi velim propitia sit) In Græco aliquid desideratur. Constat enim legendum esse ἰλαως δὲ ἡμῶν εἶναι ἢ ὑμῶν ὑμῶν, vel ἢ πατρὸς ἡμεῶν ὑμῶν ὑμῶν. 2 sermonem ad cursum emittamus) Gr. καὶ μικρῶν τῶν ῥυτῆρων ὑφέντες ὡς ἵππον πνῆ τὸ δρόμον ἰδιώαντες ἐκπέμψαμεν. Vbi tamen legendum suspicor ὡς ἵππον πνῆ τὸ λόγον πατρὸς δρόμον, &c. Alioqui enim, quod referendum sit verbum ἐκπέμψαμεν, non dispicio. 3 facundam redde) Græci in fingendis vocabulis, nihil non sibi permittunt. Latinis, vt cum Martiale loquar, non licet esse tā disertis. Illi vt, cum de Christo loquuntur, λόγος σαρκωσιν dicunt, ita etiam rursus τῆς σαρκὸς ἦωσιν, & λόγωσιν dicere non dubitant. Quod Latini pari facilitate exprimere nequeunt. Eodem modo hic quoque (nam fœdum mendum est in his verbis λόγος σαρκὸς) elegas est antithesis, τὴν ἐμὴν ἀλογὴν ἀλόγων λόγωσιν (Sic enim haud dubiè restituendus est hic locus) quam nulla oratio Latina pari lepore reddere potest.

4 nec minus ipsi gloria afficiuntur) δὲ δόξα ἰσχυρῶν δὲ hoc loco legendum contenderim, si quidem à superuacanea battologia Damascenū vindicare volumus. Nam alioqui ridicula prorsus erit hæc repetitio: Glorificant Seraphim. Glorificant enim, cum gloriæ matri gloriam tribuunt. Quid enim necesse fuit hanc causam afferre, quæ idem per idem explicat? At si δὲ δόξα ἰσχυρῶν legamus, hic sensus erit, Seraphinos, dum gloria beatissimam virginem Mariam afficiunt, non minore ipsos gloria affici. Nec enim vulgari laudi gloriæ quæ ducitur, eos qui summis virtutibus præditi sunt, laudibus efferre. 5 vt quæ verè) pro ἵππος βραχὺς ἡρητωσάσα, emendauimus ὄντως βραχὺς ἡρηματοσάσα, quemadmodum etiam legisse videtur Volaterranus. 6 exterminauit) ἐξεπόρευσε corruptè in Græco habetur, pro quo fortasse ἐποίησε reponendum. Nam ἐξέπεμψε non placet, quod Græci dicere minimè soleant ἐξορῆσαι ἐκπέμψην, sed ποιῆσαι, hoc est vnica voce ἐξορῆσαι. 7 ac facilis) εὐσπίπος lego, vt opponatur voci ἀσπίδος. Eamque lectionem comprobare videtur hæc

D. IOANN. DAMASCENI

vocabula εὐθεία καὶ λεία, quæ præcedunt. 8 nisi mortem ipsi) Hic necessariò ali-
quid addendum fuit, vt sensus expleretur. Perspicuum est enim in Græco aliquid deside-
rari. Itaque hæc sic transtuli, quasi in Græco post κρείττονος, addatur αὐτῆς θανάτου πορ-
θησιον γενιάς. Quod tamen non sententiæ, sed coniecturæ duntaxat loco haberi so-
lo. Neque enim me fugit, quàm fallax persæpè in huiusmodi rebus sit diuinatio.

9 Siquidem volente Deo) Alludere videtur ad illud Nazianzeni distichum iambicū,
θεὸς δίδοντας ἕδεν ἰσχυρὸν φθόνος, καὶ μὴ δίδοντας ἕδεν ἰσχυρὸν πόνος. i. Donate Christo nil ma-
liuor potest: Non dante Christo nil potest prorsus labor. 10 Postea autem) Pro
ἐπεὶ δὲ τὸτο, hoc loco emendavi ὅτι δὲ τὸτο, quemadmodū & sequente versu ὑπερβα-
ροίην, pro ὑπεράρρην. 11 Ecclesiæ agmine) κληρώματι habebat liber quo sum usus:
verum non est dubium quin πληρώματι legendum sit, quemadmodum etiam infra legi-
tur. 12 & inconstantiam) Corruptus est locus hic in Græco. Quid enim significet
ἔπαρσον non video, nec quid sine magna litterarum immutatione pro hac voce substitui
possit. Itaque inconstantiam verti, tanquam ἄστατον legatur. 13 facinus perpetratur)
Elegans est paronomasia in his vocibus Græcis αὐτόχλεα, & ἄχλεα. 14 inclinatio-
nes) χεταχλίσας. Videat tamen Lector num fortè χεταχλίσας, unica littera mutata le-
gendum sit. i. cordis cōtritiones. 15 aquæ refectio) In Græco habetur τῆς αἰρέσεως
ἕδατος. Vbi quin mendum hæreat, nullo modo dubito. Ac, donec quis aptius vocabulum
inuenerit, legendum puto ἀναπαύσεως: vt alludat ad illud Psal. 22. Super aquam refectio-
nis educavit me. 16 diuinæ classis) θείας λέξεως habebat Græcus codex, sed corrup-
tè. Legendum enim est θείας λέξεως. id est, bonæ memoriæ. ad verb. diuinæ sedis.

17 diuinæ imbecillitatis) In Græco est ἐξουσία, sed ἀθεοειίας constanter legūt Dio-
nyssij interpretes. Ac Scholiastes Maximus, vir summa eruditione præditus, eo loco apud
Dionysium elegatè exponit, cur imbecillitas Deo à Dionysio attribuat. 18 Ira tu-
morem odio habet. Græca hoc loco scædum in modum deprauata sunt. Sic enim habent, Η
μιστὶ θυμῶν ταπεινύματα. Legendum est autem, ni fallor, μιστὶ θυμῶν οὐκ οὐδύματα.



D. IOAN. DAMASCENI ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑ-
de Christi Natiuitate, Iambi penta-
stichi: quorū primæ litteræ in Græ-
co hæc duo disticha efficiunt.

Εὐεπίης μελέεσσιν ἐφύμνια ταῦτα λιγανή
Υἱὰ θεῶν μερόπων εἶνεχα πικτόιδρον
Εἶν θρονί, καὶ λύοντα πολύστονα πῆματα κόσμου.
Ἄλλ' ἀνα, ρυτῆρας ῥύεο τῆς δὲ χεκῶν. id est,
Versibus his canitur soboles æterna Tonantis
Christus, qui fieri non dubitavit homo:
Solueret vt miseri moriens incommoda mundi.
His hunc solue malis, qui canit ista, Deus.

Exod. 14. **P**Lebi salutem contulit, mirum in modum
Verso repente Christus in siccum mari.
At ex puella natus, in cælum viam
Nobis recludit, quem Deo Patri parem,
Rursusque nobis credimus verè parem.
Exod. 3. **V**entus sacratus, igne quem non torrida
Signabat olim spina, gestauit λόγον,
Cum carne iuncto subdita morti Deo:
(Divis vt Eua solueret ventrem, quibus
Addictus olim est) laudibus quæ tollimus.
Mat. 2. **A**ntiquiorem Sole monstravit Magis
Hunc stella, noxas venerat qui vt solueret,
Nostræ indolentem miseriæ, vili in specu,
Atque obvolutum fasciis. latissimi

Εἴσωσε λαὸν θαυματουργῶν δεσπότης,
ἕχρον θαλάσσης κύμα χερσῶν πάλαι.
εἰκὼν δὲ τεθρῆς οὐκ ἄκοιτος, τρεῖς βαπτῶ
πόλιν τῆσιν ἡμῶν, ὃν χετ' ἕσται.
ἴσον τε πατρὶ, καὶ βροτοῖς, δοξάζομεν.
Ἦνεγε γαστήρ ἠγιασμένη, λόγον,
σαφῶς ἀφλέκτως ζωγραφισμένη βάτω,
μυόντα μορφῇ τῇ βροτησίᾳ θεοῦ,
εὐας ἑλαίαν ἠδὲ ἀρεῖς ἔπαιλαι
λύοντα πικρῆς, ὃν βροτοὶ δοξάζομεν.
Εἴδξεν ἀστὴρ τὸν πατρὸς ἡλίου λόγον,
ἐλθόντα παύσαι τὴν ἀμαρτίαν μαγιστῶν,
σαφῶς πενήχρον εἰς ἀεὶ τοῦ συμπαθῆ
σὲ ἀπαρῆγοις ἐλαίον, ὃν γενηθότες
εἶδαν